BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 36v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



maior internatos mulierū nemo est: usq; ad eos
de quib; dic̄: uidete ne condemnatis unū de pusil
lis istis qui in me credunt; Qui nimirū omnes
in diuersis licet gradib; aetatib; sexib; conditio
nib; ingeniis temporib; uni eidemq; auctori
ac datori p̄ perue lucis suoquiq; tempore ac loco
quib; candelabro aureo fixa radice mentis inherent.
quo eiusdem participes lucis fieri possint,
Quod uidelicet candelabrū recte talentū auri mun
dissimi habere debere memoratur; Talentū namq;
pondus plenū ac perfectū est. quia iustus dn̄s in om
nib; uiis suis, Et qui suā gratiā in hac uita fidelib;
ut bene operentur tribuit. Ipse coronā iustitiae in
illa uita bonis eorū operib; reddit; Cui contra
zachariae pphetā iniquitatē sup̄ talentū plumbi
sedere describit. Quia et reprobis in eodē iusto
examine iuxta actus ipsorū restituit. quia tū
redde inquit singulis scd̄m opera ipsorum,
Sed distat utrū quis aurū an plumbū ad examen di
uinū adferat; qui enim instar auri bonis fulgent
operib; in candelabrū dn̄i p̄ficiunt. quia gloriae
sui conditoris participes existunt; At qui pec
catis graues in districto examine apparent. demer
guntur tamquā plumbū in aqua ualidissima;